UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivris Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XLII. De Baptismo & ejus effectu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63277

Visual Library

Mylius *ad art. 10. Auguſtan. Confeſſ.* Joh Gerhard. *loc. de ſacr. cœn.* Et *Confeſſ.* Ca *l. 1. part. 2. art. 14. cap. 2.*

De Baptiſmo & ejus effectu.
TIT. XLII.

Secundum locum inter res Clericorum Regularium & Laicorum commu obtinet Baptiſmus, omnibus ad ſ tem neceſſarius.

1. *Quid eſt Baptiſmus?*

c. 1. & pen. ult. h. t. BAptiſmus eſt Sacramentum regene tionis, per aquam in verbo vitæ, N mirum accedente verbo ad aquæ elemen tum hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.*

2. *Quis eſt miniſter hujus Sacramenti?*

Ex officio incumbit illud ſoli Sacerdo ti. In caſu vero neceſſitatis quilibet al us baptizare poteſt, etiam hæreticus & in *Can ſolet.* fidelis, modo formam ſervent ab Eccl *& paſſim* ſia receptam, & facere intendant, q *diſt. 4. can.* facit Eccleſia. Item mulier abſente m *Mulier d.* rito. Nemo tamen etiam in neceſſ *diſt. 4. c. 4.* ſeipſum baptizare poteſt, quia inter *hoc tit.* ptizantem & baptizatum debet eſſe p ſonalis diſcretio.

(Qu

(Quod in caſu neceſſitatis quis ſeipſum non poſſit baptizare, dubium eſt. Add. Johan. Gerhard. *loc. d. baptiſm. aphor. 66.*)

3. *Quotuplex eſt Baptiſmus?*

Vulgo triplicem faciunt, alium *Fluminis*, alium *Flaminis*, alium *Sanguinis*: ſed primus, qui fit per aquam, eamque veram & naturalem, veram quoque naturam Sacramenti? reliqui duo, ut qui fit per contritionem & converſionem ad Deum, & per martyrium, effectum duntaxat Sacramenti habent. *d. c. 4. hoc tit. & c. de presb. non baptiſ.*

(Reliqui duo, quos æquivoce ita vocat, baptiſmi ne quidem effectum ſacramenti habent: Non enim effuſioni ſanguinis humani poteſt tribui meritum remiſſionis peccatorum, quod ſolius Chriſti ſanguini competit: Et martyrium pro Chriſto ſuſceptum eſt ſolum evidens & luculenta teſtificatio illius fidei in Chriſtum, in quo ſolo remiſſionem peccatorum & vitam vera fides quærit, non in noſtris operibus & paſſionibus. Joh. Gerhard. *tom. 4. loc. 5. d. baptiſm. aphor. 5.* Et *contritio ac converſio* ſunt præparatio ad accipiendam illam remiſſionem.)

4. *Quid eſt effectus Baptiſmi?*

Omnium peccatorum remiſſio: peccati, inquam, non tantum originalis, verum etiam in adultis cujuslibet actualis præcedentis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

5. Cur in Baptiſmo adhibentur Patrini?

Can. Parvuli 74 cum c. ſeq. diſt. 4.

Ut fide ac profeſſione eorum illi, per ſe credere vel loqui, & pro ſe reſpondere non poſſunt (veluti parvuli, mu[ti,] ſurdi) Sacramentum Baptiſmi ſuſcipiant. Suntque patres quidam luſtrici, qui te[]nentur baptizatum inſtituere in neceſſariis ad ſalutem, veluti in Symbolo, Oratione Dominica &c. propriis parentibus mortuis, vel in facere negligentibus. Di[]cti & Sponſores, Suſceptoresque, vulgo Pa[t]rini, Matrinæque. Neque enim interest vir ſive mulier baptizatum de fonte ſacro ſuſcipiat, pluresque quam duos, id eſt, unum & unam, adhiberi vetat Conc. Trid.

Can. Non plures 101. d. diſt. 4. Seſſ. 24. c. 2. de refor. trim.

De Presbytero non baptizato.

TIT. XLIII.

c. 1. & 2. h. t. Baptiſmus omnibus adeo eſt neceſſarius, ut ſi quis non baptizatus ſacerdotio eſ[]ſet initiatus, tamen ordinis characterem non reciperet ac proinde baptizandus & iterum conſecrandus eſſet.

1. Quid ſi ab omnibus creditus fuerit baptizatus, & demum poſt mortem conſtiterit non fuiſſe baptizatum?

Hoc